Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractio de incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 198

Mangillius, Antonius

[S.l.], 1632-1634

Capvt III.

urn:nbn:de:bsz:31-117158

Visual Library

incipiet habere calorem etiam in alio loco, ac proinde ignis poterit agere extra suam sphoeram. Rdent Authores doctrinae supra tradita ignem n pōe quidem agere in passum qd nullo modo sit intra sphoeram ipsius ignis agentis, lignum a. in casu proposito etiamsi ut existens in uno loco n eet intra sphoeram ignis, eet tn intra eam ut existens in alio, dicunt etiam lignum prout e in ~~ligno~~ loco existente intra sphoeram ignis haberet raoem passi mediati quatenus immediate reciperet calorem, ut a. eet in loco distanti ab igne haberet raoem passi mediati, quatenus ibi reciperet calorem mediante seipso alibi existente, atq ideo dicunt lignum in loco distanti ab igne ee quidem extra eius sphoeram in qua debet ee passum immediatum n a. extra sphoeram in qua debet ee passum mediatum, unde addunt agens habere quidem sphoeram limitatam ~~spho~~ respectu passi immediati n tn mediati.

Addendum e tn tam secundum primam responsionem quā secundam corpus e sanguinem Chri n fieri per eandem actionem praesentia siue sub speciebus panis siue vini. rao e, qa etiamsi n detur ubi proprium fuae existentis in sbto, saltem Chri corpus e sanguis n sit connexa inter se per inhaerentiam vel informaoem, sed tm per adiacentiā sanguinis ad corpus, quae a. adiacent n necessario se sequuntur, quamuis eo qd sanguis ptineat ad pfectionem corporis, corpus a. ad pfectionem sanguinis cum sanguis extra corpus positus corrumpatur eo qd sit extra suum naale vas neq ibi poit consequi finem suum ad quem ex naa sua ordinatur, dici pt illa duo se mutuo sequi naaliter etsi contrarium n implicet.

CAPVT III

Quaenam sint in hoc Sacramento ex vi verborum quae ex concomitantia?

Certum e ex Conc Trid. sess. 13 cap. 3. quaedam ee in Eucha ex vi verborum, quaedam a. solum ex vi naalis connexionis e concomitantia. ut a. definiri poit quaenam sint ex vi verborum quae ex sola concomitantia. Aduertendum e illud ee in Smto ex vi verborum consecraois siue qd idem e ex vi Smti, cuius psentia per verba consecraois significat, per concomitantiam vero illud e in hoc Smto cuius psentia n significatur nec e ad eorum veritatem necessaria sed qd e psens solum raoe naalis connexionis cum alio qd est in Smto psens ex vi verborum, atq haec explicao coiis e apud Theologos.

Dico jmo. sub accidtibus panis in Eucha solum Chri corpus

corpus e presens ex vi verborum, sanguis a. tria e divinitas videlicet, tn per concomitantiam. et: qa solum Chri corpus significatur per verba consecraois panis, e essentia solq corporis Chri necessario requirit ad veritatem corpoream verborum; contra vero Chri sanguis, tria e divinitas et eadem sub specebus panis in toto, n tn per verba consecraois panis significata, neq e necessarium ad veritatem corpoream verborum, vt patet, sed tm et in toto qa eorum essentia pe, naalem connexionem inter ipsa e corpus Chri intercedentem exigitur a corpore modo explicato & solum corpus e presens ex vi verborum, sanguis a. tria e divinitas per concomitantiam.

Quares: quid nomine corporis significetur cum dicitur solum Chri corpus e presens ex vi verborum sub accidentibus panis, ex hoc e. pendet examinandum sit solam maam substia Chri e ex vi verborum sub accidentibus panis, an vero aliquis compositum ex maa e sua substantiali ita vt sub accidentibus panis n solum maa sed etiam aliqua sua substantialis sit presens ex vi verborum? Qo hoc varis modis satisfieri queunt secundum diversas sentias de corpore, ex quo significatur hoo constare. cum dicitur hoo constat ex tria e corpore.

Primo igitur qui volunt dari in hoo suas partiales substantiales consequenter etiam asserunt per corpus in consecraoe panis significari totum constitutum ex maa e formis partialibus carnis, ossis e c. prout Chri, atq hoc totum ex vi verborum e presens sub accidentibus panis, qa hoc totum significatur per vocem corpus, quoniam a. sua partiales, si dantur in hoo, eadem manent etiam in hois corpore neq necesse e ponere vllam aliam formam totalem cadaveris — succedentem tria quando hoo moritur, ideo iuxta hanc doctrinam dicendum e, qd si in triduo mortis Chri aliquis Apostolorum panem consecrasset corpus oio idem secundum maam e suas partiales fuisset tunc ex vi verborum sub accidentibus panis qd nyhil e, atq hac responsio e facilis e meo iudicio vera.

Ex dictis a. sequitur iuxta eandem responsionem dicendum e qd sub accidentibus panis ex vi verborum sit Chri corpus n quidem viuum, determinate sed abstrahens a viuo e mortuo, qa per verba consecraois panis n significatur Chri corpus viuum, aliquis in triduo mortis Chri n potuisset panis consecrari, qa verba consecraois tunc fuisset falsa aut certe Chri ex vi eorum verborum reuocatq est ad vitam, quorum primum oio repugnat, e secundum e contra couem sentum Theologorum adde qd cum iuxta couem doctrinam sugratraditam nomine corporis humani significetur praecise constitutum ex maa e formis partialibus, qd nullo modo includit Aam sed abstrahit ab tia e a primaoe tria, cum indifferens sit vt sit viuum e mortuum, similiter dicendum e

mortuum

nomen corporis in consecratione panis etiam nunc significare Christum corpus abstrahens a vivo et mortuo, atque ut tale, et ex vi verborum sub accidentibus panis, quamvis de facto, sicut per concomitantiam sub eisdem accidentibus sit ora nobis connaturaliter debita ita per concomitantiam sub utrisque vivum.

Dicis: supponito quod dentur formae partiales non modo et significari constitutam ex materia et formis partialibus quod et altera pars hominis ortu contradistincta ab tota rationali, sed etiam significare gradum genericum corporis convenientem ad viventem et non viventem, cur igitur per illas voces consecrationis, corpus meum, potius significatur compositum ex materia et formis partialibus quam ratione generica corporis existens in Christo ut illud potius quam hoc dicatur esse ex vi verborum sub accidentibus panis consecrati? Respondebis formis partialibus per illa verba corpus meum significari potius alteram partem Christi compositam ex materia et formis partialibus, quia certum est Christum voluisse per verba consecrationis illae consecrationem ipsam repraesentare separationem sanguinis ab eo corpore, a quo idem sanguis in passione et morte sua fuit separatus, hoc est a fuit compositum ex materia et formis partialibus, si haec concedantur modo explicato. Nam constat ex SS. asserentibus panem fieri vel convertiri in carnem Christi. Cyprianus serm. de coena Dni. Cyrillus in epistola ad Colossenses. Theophil. in cap. 6 Ioan. et alii, unde etiam Christus Ioan. 6. caro mea vere est cibus. Neque ex his locis noster carnis et aliud significari quam altera Christi pars composita ex materia et formis partialibus quod cum praesertim ipsa eius pars hic caro figurate nomen carnis significarunt; idem confirmatur ex eo quod Ecclesia utitur illis verbis. dogmatizatur Christianis, quod in carnem transit panis.

Respondendum est hanc doctrinam suppositam procedere supposito quod formae partiales non sint totae totae, vel tota in quo recipiatur sed solum recipiatur in materia, quod si dicatur tamen immediate recipi in formis partialibus ejus recedenti in morte hominis succedere formam totalem cadaveris quae immediate recipiatur in formis partialibus, tunc dicendum erit ex vi consecrationis panis sub accidentibus eiusdem panis esse illud compositum quod est corpori vivo et corpori mortuo utique physice quod est compositum ex materia, formis partialibus, et tota rationali Christi, et composito ex materia formis partialibus, et formis cadaveris, nam supposita doctrina sentia per illa verba consecrationis corpus meum huiusmodi compositum significat.

Quod ex iis qui negant introrsus formas partiales alias docent non corporis in consecratione panis significari solam materiam ex qua Christus componitur, quia cum dicitur hoc constare ex tota et corpore corpus debet esse contradistinctum ab tota, nihil a. secundum ipsos et in hoc contradistinc-

distinctum ab tia tanquam compars mri mäa, ac pronte nõe
corporis in consecrãe significari ex vi verborum sub accidentibus
panis et sola chri mäa, quoniam tn nullus recentioribus nimis durum
videtur nõe corporis significari solam mäam pnam ideo docent per corpus
significari quidem in recto solam mäam pnam, in obliquo tn et connota-
tione varias complexiones accidentium in eadem mäa praeexistentes ab tia ita
vt corpus ex quo dicitur hoc constare, sit mäa ad cum solutis accidentibus,
quae iuxta hos in smto corporis chri ex vi verborum et mäa pna et in eam
fit conversio panis simpliciter loquendo, accidentia vero vt connotata a mäa
proxime ipsa dicitur corpus et in smto ex vi verborum immediate tm et ideo neq
in illa proprie, fit conversio panis.

Alij vero qui etiam negant suas partiales dicunt nõe corporis
in consecrãe significari gradum corporis constitutum ex chri mäa et tia
vel forma cadaveris distinctim, idq solum vi verborum esse in smto corporis chri,
nequidem qui certant nõe corporis humani nihil aliud importari quam
corpus prout est quid conc. constituto ex mäa et tia rationali et constituto ex
mäa et forma ~~panis~~ cadaveris, in quo, sive casum ut constitutum per tiam
sive per tiam cadaveris, reperitur eadem mensura et dispositio membro-
rum quam postulat mäa corporis.

Dico 2do. sub speciebus vini consecrati solum chri sanguis est ex vi
verborum, corpus vero, tia et divinitas per concomitantiam. Pro dicitur
de corpore, tia et divinitas ~~pt~~ ex definitione Conc. Trid. sess. 13 cap. 3 et ex
dictis. Pro a dicitur de sanguine, n solum stat ex eodem concilio idem, se
etiam ~~pt~~ pro per verba consecrãis vini solum chri sanguis significat, quorum
a. nos n admittimus eorum sententiam qui volunt sanguinem in corpore
viventis esse tiatum, neq sententiam Suarez disp. 52 sect. 4 et aliorum qui
dixerunt probabile vel etiam probabilius esse quod sanguis in corpore carnis
habet vnam tiam substantialem sanguinis vitalis, extra vero habet aliam tiam
diuersam nempe cadaveris sanguinis, sed iuxta communem sententiam
ponimus sanguinem sive in corpore sive extra illud habere eandem
tiam substantialem, ideo dicimus ex vi verborum consecrãis sanguinis
poni sub speciebus vini substantiam sanguinis determinate accepta
etiam secundum talem tiam substantialem individuam. Utrum a. totus
chri sanguis ponatur in et tia ex vi consecrãis nec ne definiet infra.

Quaeres: an accidentia corporis et sanguinis chri sint ex et tia
ex vi verborum an per concomitantiam? Re sub utrisq speciebus est per
concomitantiam. ita S. Tho. q. 76 art. 4. vbi expressertet chri quan-
titatem solum esse per concomitantiam, id a. potiori iure debet asseri
de reliquis. eiusdem sententiae et Suarez disp. 53 sect. 5. Koninck dubio vnico
in art. 2. num. 20 q. 76 S. Thomae. et alij passim contra Vasquez disp.

180 cap. 4 & alios innumeros. rad. a. e, qa illud tm, vt supra diximus, ex vi verborum in Smto sine quo veritas corporis non stare, n it, atqui et constare sine accidtibus corporis & sanguinis &. Minor pbr: qa si per diuinam potentiam oia accidentia relicta eis subtilia tollerentur adhuc verba consecratis panis & vini verificari possent.

Dices: ~~ad~~ vox corpis in consecratione significat Chm corpus heterogeneum & organicum quae ratione distinctum & in carnem, ossa &c, sed heterogeneitas fialiter habetur per accidentia & accidentia corporis et in Eucistia ex vi verborum. Sed negando min: heterogeneitas e. corporis organici fialiter habetur per fias partiales, quarum vltima dispositio requisita ad functiones tia fialiter habeatur per accidtia. ado n responsionem supra datam procedere supponto qd nomen corporis n illigatur rationi ima qd vult connotat accidtia diuersa, qa alioquin si quis istam philosophiam teneret concedere etiam accidtia corporis & sub accidtibus panis ex vi verborum n primario vel in recto, sed tm secundario vel in obliquo.

Praeterea addendum e cum dicitur accidtia corporis & sanguinis n esse in Eucistia ex vi verborum sed per concomitantiam sermonem esse de accidtibus quae Chm corpus & sanguis hb in coelo, ceterum Chm corpus ex vi verborum sub accidtibus panis hb accistia illa quae fialiter involuit continentia passiua corporis sub eidem accidtibus. similiter sanguis sub accidtibus vini ex vi verborum hb accistia quae fialiter involuit continentia passiua eiusdem sanguinis sub accidtibus vini. ratio e, qa haec continentia per verba consecrationis vini illa vero continentia per verba consecrationis panis significatur, vt ult ex dictis.

Videres denq: aeqpersonalitas Verbi sit ex vi verborum sub accidtibus panis aut vini consecratis? Sed negative, qa alioquin diuinitas, cum qua Verbum identificatur, ex vi verborum Smtalium est sub accidtibus consecratis panis, aut vini, qd e contra Trid. sess. 13 cap. 3. vt patet ex dictis, atq haec responsio e iuxta communem sentiam Authorum.

Obyces: note corporis & sanguinis significantur ~~ostan~~ ~~ulti~~ tia vltimo terminata in ratione subsistia &, in Smto Eucistia ex vi verborum & subsistia sine persona Verbi quae vltimo terminat & completet Chm corpus. Ans pbr: qa nomen corporis & sanguinis n ~~ut~~ e abstractum sed concretum, ac proinde significat naam corporis & sanguinis concretam cum subsistia. Sed negando Ans, ad probationem dico nota corporis & sanguinis in consecratione, licet fortasse quoad sonum videat & concreta, reuera tn quoad significationem sit notio abstracta, in primis e. nomen corporis n e concretum vt hoc, sed e nomen significans naam corporis vt partem, pars e. n subsistit vel existit per se, quare

Ques

licet corpus participet de substantia totius, non tamen substantia illa signi=
ficatur ratione corporis vel partis, ut constat ex eo quod vere dicimus Ver=
bum assumpsisse corpus humanum, nec tamen assumpsit eius vel hominis sub=
sistentiam, similiter nomen sanguis non est nomen concretum quod
significet naturam sanguinis concretam cum eius substantia sed tantum
sanguinis naturam, ut patet ex eo quod vere dicitur Verbum assumpsisse
sanguinem, nec tamen eius substantiam assumpsit. neque obstat quod sanguis
non sit accidens vel proprie pars hominis et habet aliquam substantiam tam
in venis quam extra illas, quia sanguinem etiam extra venas ex=
istentem non accipimus ut aliquid completum per suam substantiam pro=
priam, nimirum eo quod est aliquid subordinatum corpori humano,
unde etiam existens extra idem corpus reputatur pars hominis, sicut est manus,
licet sit abscissa non reputatur ut aliquid per se existens sed ut pars al=
terius, unde etiam de manu separata a corpore dicimus haec est manus Petri
v: g: perinde ac si esset in Petro, et recte dicitur Verbum assumpsisse manus
licet nullam assumpserit earum substantiam.

Obijcies 2do: particulae illae consecrationis corpus meum signifi=
cant corpus illud de quo est sermo esse proprium personae loquentis, id est, Verbi Dei
et ab eo possessum, et per consequens ab eiusdem personalitate terminat
mediante unione hypostatica. Et eadem unio est Verbum sit ex vi verborum
Imitalium sub accidentibus panis consecrati. Respondeo per illas particulas sig=
nificari quidem quod illud corpus sit possessum et terminatum a persona
Verbi, non tamen significatur quod prout est sub illis accidentibus sit possessum
vel terminatum a persona Verbi, sicuti cum dicimus corpus Christi existens
in Coelo est in Eucharistia per huiusmodi verba non significamus quod sit in Eucharistia
cum eadem praesentia locali per quam est in Coelo; unde si Christi corpus sub
accidentibus panis consecratis non terminaretur a persona Verbi adhuc con=
sisteret veritas illorum verborum hoc est corpus meum, quia illa particula
meum, non significat corpus illud prout est ibi reduplicative sed specificative,
ad quod sufficit sola identitas ~~existens~~ quam habet corpus existens in Imto cum natura
corporis quae assumpta est a Verbo et ab eo terminata et possessa saltem alibi.

Obijcies 3tio: per conversionem Imitalem ex vi verborum
excluditur substantia panis ab accidentibus. Et per eandem conversionem
debet poni substantia ~~Verbi~~ termini ad quem sc. Verbi. Respondeo disparita: esse,
quia per verba consecrationis panis significatur nihil manere substantiae panis
et neque substantiam, at non significat per eadem verba esse substantiam Verbi.
Adde a. cum dicit Verbum esse in Eucharistia per Comitiam sensum esse, quod ita sit
in Imto ut si per impossibile non esset ubique, tamen esset adhuc in Eucharistia per unionem hyp.

Ex dictis colligitur quod licet etiam Pater et Spiritus S. sint
per concomitantiam in Eucharistia propter connexionem inseparabilem cum
Verbo,

Verbo, is tn ibi per concomitantiam magis mediatam, objet. & etiam aliud discrimen inter præsentiam Verbi in Eucha & præsentiam reliquarum personarum qd in eo consistit, qd Verbum secundum corpq qd in se hꝫ vel sustentat, subsistit accidentibus panis, & denominabes quæ panis tribuebantur possunt etiam tribui supposito Verbi, ita vt de monstratis accidentibus panis aut vini poterit dicere: hic & Deus, hic & filius Dei, hic & qe communicabem colomatum cum humanitate, h. a. poterit dicere, hic & Pater vel hic & Spiritus S. eo qd hæ personæ divinæ nihil in se habent ratione cuius subsunt accidentibus sensibilibus.

Denq ex dictis colligitur panem converti in solam substantiam corporis & vinum in solam substantiam sanguinis, cum e. In talis conversio fiat ex vi verborum, illud solum & terminus conversionis qd in sacto ponitur ex vi verborum.

CAPVT IIII

An Christi corpus sit in Sacramento vt in loco?

Certum & Chri corpq si consideretur in ordine ad accidentia panis n & e in ijs vt in loco, sicuti neq substantia panis prius erat sub ijdem accidentibus vt in loco, qd & e in alio vt in loco & ab eo contineri & ambiri ~~cum~~ neq substantia panis neq corpori Chri conuenit respectu accidentium quæ ab illis sustentantur; remanet igitur tn difficultas: an Chri corpq comparatum n ad accidentia panis sed ad locum eorundem accidentium verè sit in eo vt in loco. Proqua qe.

Aduertendum & Chri corpq dupliciter ad locum accidentium panis qe comparari. Primo secundum se & immediate. & domediate, hoc & mediantibus accidentibus panis, siue qd idem prout & quasi cooperitum aut vestitum ijdem accidentibus panis, sicut a. Chri corpq subsistat quidem accidentibus panis sed tn ab ijs proprie n afficitur nec informatur, ita vt aliquo ratione dici & in loco accidentium, id & improprie & mediate namque ratione accidentium quæ proprie & in loco, quare remanet tm controuersum quid dicendum sit de corpore Chri secundum se consideratum in ordine ad locum accidentium.

Dicendum, & Chri corpq prout & in sacto n & e in loco simpliciter & proprie. qd illgitur de Chri corpore secundum se considerato. S. Thomas q. 76. art. 5. & religiosi Theologi. ratio & qd rem & e in loco proprie vel circumscriptiue & nam per proprias dimensiones sita comparari ad continens extrinsecum, vt sita secundum se totam occupet totum locum & secundum sui partem occupet tm

parte